



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIATE  
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,  
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE MEMBRIS ECCLE-||SIAE MILITANTIS,|| TRIBVS LIBRIS|| EXPLICATA.||

**Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>**

**Ingolstadii, [1599]**

**VD16 B 1607**

XLI. Licere Monachis manibus laborare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-53880)

*sanctificate cum illis, & radant capita sua. Solum ergo  
pter viciniam idololatrarum prohibebantur Sacerdotes  
deorum radi. quæ forte causa erat, cur Optati, Hieronimi,  
& Ambrosij tempore Christiani Sacerdotes non raderent  
sed tenerent; nam adhuc ipsorum tempore erant Sac-  
cetes Isis, qui caput radebant, ut Ambrosius epistola 33  
Hieronymus in caput 44. Ezech. testantur. postea quia  
illa causa cessauit, nihil absurdum faciunt, qui ad aliqui  
crum significandum caput radunt.*

*Ad ultimum dico, Hieremiam non ridere illos Sacer-  
tes, quia radebant caput, & barbam, sed quia id faciebat  
in honorem Deorum ligneorum, qui non poterant ren-  
nerare cultores suos.*

## CAPVT XLI.

*Licere Monachis manibus laborare.*

**R**33 ESTAT postremò Disputatio de ratione vien-  
di, siue de opere corporali Monachorum. Sed  
autem quatuor modi viendi apud homines  
ligiosos. Vcl enim viuunt ex labore proprio, re-  
dentes aliquid, & ementes aliud: vel viuunt ex bonis fa-  
communibus, id est, ex bonis quæ religiosi ipsis ad mona-  
rium adferunt, & in commune constituunt: vel ex bonis  
licitis ac donatis à piis viris: vel ex mendicatione.

De singulis dicendum est. AC PRIMVM, de primo duo fu-  
runt extremi errores. VNVS eorum, qui dicebant, non li-  
cere religiosis operari, & laborare pro victu, sed debere eos  
confidere in Dei prouidentia, & viuere ex alienis laboribus;  
huius erroris fuerunt Messaliani, siue Euchitæ, apud Ep-  
iphantium hær. 80. & rursus quidam apud Carthaginem, tunc  
Augustino lib. 2. retract. cap. 21.

ALTER error fuit Gulielmi de sancto amore, & postea Ioan-  
ni Viclefi apud Thomam VValdensem lib. 4. doct. fidei anti-  
quæ, art. 2. cap. 22. & Ioannis Caluini lib. 4. Instit. cap. 13. & 14.  
qui docent teneri Monachos ex proprio labore viuere, quæ  
quam Gulielmus non omnes religiosos obligabat ad labo-  
randum manibus, sed eos solum, qui non habent bona sita-

bilia in communi. PRIMVS error natus est ex duobus locis Scripturæ malè intellectis, nimirum Matth. 6. *Nolite solliciti esse anima vestra, dicentes, quid manducabimus, &c.* Et Ioan. 6. *Operamini non cibum qui perit, sed quis permanet in vitam aeternam.* Refellit hunc errorem Augustinus in libro de opere Monachorum, ex verbis Apostoli 2. Thess. 2. *vbi & se laborasse, & operatum dicit, ne quenquam grauauerit, & alios monet, ut operentur, & laborent.*

Quia vero respondebant hæretici illi, B. Paulum loqui de opere spirituali, id est, de oratione & exhortatione; notanda sunt alia loca, vbi expressè ponitur labor manū, Acto. 20. *Ad ea, quæ mishi opus erant, & his, qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ.* Ad Ephes. 4. *Qui furabatur, iam non futuratur, magis autem laboret operando manibus suis.* 1. Thess. 4. *Operamini manib. vestris.* Ad hæc, ut acutè notauit Augustin. idem Apostolus 1. Cor. 9. dicit se operatum, cùm tamen liceret sibi secundum Domini ordinationem nō operari. At certè non licebat ei secundum Domini ordinationem nō concionari, & non orare. Ait enim: *Si non euangelizavero, & mihi, &c.* Loquitur igitur de corporali labore, cùm dicit se laborasse, cùm tamen non tenererur.

Adverba illa Domini contrà citata, respondeo, nō prohiberi illis verbis moderatam sollicitudinem querendi cibum proprio labore, sed immoderatam & superfluam. Potest autem tribus modis esse immoderata sollicitudo. PRIMO, ratione finis, ut si quis querat cibū præcipua intentione, quasi sit ille ultimus finis, ut faciunt qui euangelizant, ut comedant; cùm deberent comedere, ut euangelizent. Atque hoc reprehendit Dominus Matth. 6. cùm ait: *Primum querite regnum Dei, &c.* Et Ioan. 6. *Operamini nō cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam,* id est, primaria intentione querite cibum spiritualem, secundaria corporalem.

SECVNDO, ratione dissidentiae immoderata est sollicitudo, ut cùm quis adeo sollicitus est de rebus temporalibus, ut vix possit credere sibi Deum ad futurum in illis acquirendis, etiam si adhibeat ipse quoque suum laborem. Et hoc reprehendit Dominus cùm ait Matth. 16. *Nolite solliciti esse, &c.* Vult enim persuadere fidelibus confidentiam in Deum; & sanè persuaderet efficacissimis argumentis; nam si Deus, in-

quit, pascit aues, & vestit lilia, quæ eum non norunt, inā etiam prouidet Gentilibus, qui eum blasphemant; quando vobis cultoribus suis poterit deesse? & si vobis corpus animum donauit, quæ maiora sunt; quomodo credibile non daturum cibum & uestes quæ sunt minora?

**T**ER TIO, immoderata est sollicitudo ratione tempore, ut cùm quis hodie sollicitus est pro ea re, pro qua satius pestiuè cras inciperet sollicitus esse. & hoc reprehendit minus cùm ait ibidem: *Nolite solliciti esse de crastino. Sic cit diei malitia sua.* Vbi notandum, non reprehendi pudentiam parandi necessaria pro tempore futuro, alio peccasset Ioseph. Gen. 41, qui recondidit frumenta pro finia sterilitate: etiam Dominus ipse habebat loculos, stans ret cibos, Ioann. 13. Itaque vocatur sollicitudo de crastino & mala est illa, quæ non conuenit præsenti tempori secundum rectam rationem.

## CAPUT XLII.

*Nonteneri Monachos ad labore manuum*

**S**ECUNDVS error tria affert præcipua fundanta. VNM ex Apostolo, qui Ephes. 4. 1. Thess. 4. 2. Thess. 3. præcipit Christianis, *ut ex labore manuum vietum querant, ex quibus locis talcaginem duci potest: vel ista verba B. Pauli continent preceptum necessitatis, vel consilium perfectionis.* Si primus ergo tenentur laborare etiam religiosi; si secundum, ergo tenentur saltem religiosi, illorum enim est viam perfectionis & consiliorum tenere.

**S**ECUNDVM fundamentum est ex AVGVSTINO, quin libro de opere Monachorum dicit religiosos teneri ad Apostoli præceptum implendum, nec excusari per occupationes spirituales. Sic enim ait, cap. 17. *Quid, inquit, qui operari corporaliter nolunt, cui rei vacent, scire desiderant. Orationibus, inquiunt, & Psalmis, & lectioni, & Verbo Dei. Sancta planè vita, & in Christi suavitate laudabilis; sed si ab his auocandi non sumus, nec manducandum est, nec ipsa conscientia quotidie preparanda. Si possint apponi & assumi. Si autem* ad ipsa